



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

7 Institutio in alterius voluntate relicta an valeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 16.

Testator in suo testamento statuens; vt hæres faceret illa, quæ confessorius eius ei diceret pro satisfatione obligationum, quibus tenebatur; ita etiam & deponens pecunias cum pacto nihil soluendi depositario, iniuste facit, & usuram committit, eo quod accipit ultra sortem principalem illud salarium, quod depositatio pro fida custodia suo periculo faciendâ debetur iure naturali, & Evangelico; quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua. Luc. 10. Nec possunt hæreses pecunias illas cum prædicto pacto in manibus dicti depositarij tenere; quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, Auth. de nup. §. disponat testator. de testam. fallit tamen quoties est iniusta, & usuraria, qualis est dispositio cum huiusmodi pactis facta.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 3. de deposito.

Sicut testator deponens pecunias cum pacto, quod de postarijs teneatur septem pro ceterum singulis annis hæredibus suis solvere, usurarius est; ita etiam & deponens pecunias cum pacto nihil soluendi depositario, iniuste facit, & usuram committit, eo quod accipit ultra sortem principalem illud salarium, quod depositatio pro fida custodia suo periculo faciendâ debetur iure naturali, & Evangelico; quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua. Luc. 10. Nec possunt hæreses pecunias illas cum prædicto pacto in manibus dicti depositarij tenere; quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, Auth. de nup. §. disponat testator. de testam. fallit tamen quoties est iniusta, & usuraria, qualis est dispositio cum huiusmodi pactis facta.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 8. de rebus eccl. non alien.

Religiosum Collegio sacerdotum cum onere faciendi singulis annis perpetuo vnum annuierarium pro legante, inter Collegiatos, sicut alij redditus collegij, diuidi non potest, ita vt non transeat simul commodum cum onere ad successores; quia cum iusta mens & dispositio testatoris, quæ seruanda est, c. si. de preb. & l. in conditionibus, ff. de cond. & demonst. ea fuerit, vt collegium perpetuo obligetur pro eo vnum annuierarium facere, & aliud sit collegium, & aliud singuli de collegio, c. eam te. de rescrip. Et qui sentit onus, sentire debet & commodum; cap. qui sentit de reg. iur. in 6. Non possunt sacerdotes præsentis relictum collegio cum tali onere inter se distribuere, ita vt onus ad eorum successores sine vilo commodo transeat.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 2. de Iudæis, & Saracenis.

Filij Iudæorum & aliorum infidelium, quæ cuius legitima eis debita. c. cum simus, de reg. & gl. in c. R. yn. de testam. & Bulla Pauli III. etiam viuentibus parentibus, & alijs bonis suis tam mobilibus, quæ immobilibus ad se pertinentibus, nec non quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut paternorum eis de iure, seu successione debitorum priuari non possunt; aliqua tamen alia bonorum parte, quæ eis ab intestato contingeret, per parentes testantes non obstante eadem Bulla priuari queant; quæ gratia Principis intelligenda est sine præiudicio tertis super eod. de offic. de leg. & l. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. fiat. paribus autem conuersorum graue præiudicium fieret si non liceret eis testari de bonis suis, in quem vellentiam extraneum, dummodo omnibus suis legitimis, & alijs de iure, vel successione debita, in tacta, & illata relinquunt, præsertim cum intentionem Pontificis ex eisdem Bullæ proemio, vnde mēs disponens collegij vt plurimum soler. c. quia propter, de electio. & l. si. ff. de hæ. & l. eam solum fuisse conser, vt filijs conuersis bene prouisum esset. ne prædicta conuersio eis noceret, non autē quod eorum conuersio alios non conuersos læderet, aut parentibus aliquid exinde præiudicium inferretur.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. alias 12.

Alienare prohibitus rem al quam extra familiam, eā alienare nō potest in aliquo extraneum per here-

dis institutionem, licet possit per successionem ab intestato. l. cum pater, §. cum inter, ff. de leg. 2. & ibi Bart.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. alias 14.

Licet substantia institutionis legati, vel fidei commissi in arbitrium alterius conferri nequeat; si illa institutio ff. de hered. instit. electio tamen incertæ personæ de certis, vel de certo genere personarum, vel familia, in alterius arbitrium, & voluntatem legitime conferri potest. l. vnum ex familia, de leg. 3.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 7.

In capax, cum aliquid tacita fide relicto in eā, illud primo denunciando fisco, dimidium relictis, fisco alterum dimidium lucrante, acquiritur. l. senatus, §. senatus, ff. de iure fisci. alij vero denunciatus primo solum relictis partem tertiam lucratur. l. cum tacitum, tit. eod.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 13.

Si testator carens liberis instituat nepotem ex vno fratre, eiq. filios suos masculos legitimos, si haberet, substituat, alias nepes ex fratre, & sorore, & si nepos institutus intrat Monasterium illicque donat omnia sua bona, & ita filios masculos legitimos habere non poterit, Monasterium in tali casu præfatas nepes substitutas excludet, & in bonis testatoris vi donationis succedet. c. in præsentia, de prob. Pan. ibi. nu. 68. Fel. & alij Couar. l. i. var. resol. c. 19. Sin autē testator, qui instituit, vel substituit expresse exclusit Monasterium, aut tacite aliquibus verbis appareat eum de Monasterio cogitasse, vel noluisse, vt in simili euentu Monasterium in suis bonis succederet, substituta nepes Monasterium excludent, in dubio autem præsumitur pro Monasterio, vt Monasterium succedens substitutas nepes excludat.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 3.

Testamentum clericici, vel episcopi in vrbe de decedentis de rebus per negotiationem acquisitis validum censeri debet, si negotiatione de se licita, & iustitæ speciales legitimè contraria quæ sita res fuerint; ex Bulla Iulij III. cupientes const. 3. & Bulla Pij IV. Rem. Pont. const. 31. edit. 1560. licet alias illicita esset ratione circumstantiæ personæ, loci, temporis, vel alterius quæ negotia bonem faceret vitiosam, eo quod contraria esset alius virtutibus, quam iustitæ speciali; scilicet si per negotiationem illicitam, vel alias contra canones eccl. aut iustitæ specialis bona legata acquisita sint, talia enim per vltimā voluntatem a clericis, vel episcopis in vrbe morientibus relinquenda non nequeunt, sed eis mortuis Camera Apostol. debentur; ex Bulla Pij IV. Decens, const. 23. Sicut etiam Monacho Apostata, & aliquid per negotiationes, & mercaturas lucrans, non Monasterium, sed camera Apostolica succedit. cap. olim. a de priuileg.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. alias 6.

Regularis licet regulariter, & de iure communi testari non possit, c. 2. de testamen. & Auth. in res. c. de sacros. eccl. ex Papæ tamē priuilegio ad pia testari potest; sed & filii Monacho per professionem in aliquo Monasterio proueniens, ita per consecutionem episcopatus, c. 1. 18. q. 5. & c. cum om. m. 2. de priu. ut alieius beneficii secularis ei perpetuo concessi tollitur, c. ne pro cuiuslibet. 15. q. 1. & Gl. in cle. 1. §. ad hæc, de statu monach. vt & ordini suo destina esse subiectus, & quicquid acquirit, nō ordini, & Monasterio suo, sed beneficio suo, & eccl. i. illud querit.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. alias 10.

Testamentum cogitante, & volente ingredi religio-nem sine licentia, & auctoritate episcopi, aut cōsecrati, su cog-